

Johann Quistorp Johannes Huntemann

## Exercitatio Theologica De Baptismo

Rostochi[i]: Richelius, 1650

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741198916>


Druck Freier  Zugang



R. U. Med. 1650

Quistorp, Johanna  
Vesthinkmann, Johann







65

Exercitatio Theologica  
DE  
BAPTISMO,

*Quam*

Divino sufflante flamine

sub Præsidio

Dn. JOHANNIS QVISTORPII

SS. Theol. D. Prof. Publ. &

Eccles. Jacob.

*defendet*

*Respondens*

JOHANNES HUNTEMANNUS,

Hannov. Brunsvicensis,

*In Auditorio Majori, horis matutinis,*

Anno c 15 15 c L,

die 23. Novemb.



ROSTOCHI

Literis Johannis Richelii, Sen. Typogr.

1650



22

DE  
BAPTISTO

Dr. JOHANNIS CHRISTOPHII

JOHANNES HUNTERIANUS

Universitäts-  
Bibliothek  
Rostock







*His igitur ceptis faueat Baptismatis Autor,  
Sith, tibi Dux, Lux, pagina sacra DEI.*

*Ita ad tuam Amice & Popularis per dilecte dispu-  
tationem applaudere volui*

**Johannes Conradus Stuckius**  
Hannoveranus.



**JOHANNES HUNTEMANN STUDIOsus**

*per araxeyeyu, sed explosa aspiratione.*

**SONTES! MUNDUS NE JANUA SONTI!**

**B**APTISMUS caeli, non mundus, Janua Nato,  
**B**APTISMUS referat mundus quodcumque recludit.

*O fontes, fontes, fontes respiscite; caeli*

*Janua BAPTISMO patuit, respiscite, mundo*

*Janua post obitum fonti reserata seretur.*

*Jam pater, ast obitu quisquis scelemtus obibis;*

*Janua post obitum fonti reclusa maneto.*

*Ergo sonans caelo fontes acclamat JESUS;*

*O fontes, fontes respiscite Janua suadet.*

*Hac in memoriam sui cum voto prosperini  
successus in studiis literato Dn. Respon-  
denti appofuit*

**Theodorus Jordanus Lunæburg.**



**R**EM magnam tentas dum docto differis Huntman,  
De Sacramento fluminis, ingenio.

*Maeste tuo ingenio! tentantem Maximus ille.,*

*Rex Regum regat ut magnus in orbe fiet.*

*Ita amico & populari suo plurimum colendo  
applaudere voluit*

**Joh. Schultetus Lunab.**







## DE BAPTISMO.

**B**aptismus est Sacramentum Novi fœderis, *Definitio.*  
quo ex mandato DEI, homines aquâ in  
Patris Filii & Sp. S. nomine asperguntur,  
ut regenerentur & renouentur.

ΕΚΘΕΣΙΣ.

### Thesis I.

Descendit Baptismus à verbo βαπτίζω, quod mergo, ab- *Etymolo-*  
luo, signif. Non dicitur q. πῆλαυ τὸ μέγιστον, quod delictum *gia.*  
ibi quodammodo ruat, ut Phavor. scribit.

II. Sumitur tam nomen quam verbum, propriè vel fi- *Homony-*  
guratè; Propriè & quidem generatim, quamvis immersionem *mia.*  
vel ablutionem notat: *Luc. c. ii. v. 38. Marc. c. 7. v. 4.* Speci-  
atim sign. illum ipsam actum abluendi sanctum, quo homo in  
fœdus DEI recipitur *Matth. c. 28. v. 19.*

III. Figuratè, nunc pro visibili Sp.S. effusione *Marc. c. 1.*  
*v. 8. Luc. c. 3. v. 16.* Nunc pro afflictionibus, quæ sunt quædam  
immerfiones in calamitates *Matth. c. 20. v. 22. Luc. c. 12. v. 50.*  
Nunc pro miraculosa Israelitarum per mare Erythræum transi-  
tione. *i. Cor. c. 10. v. 2. & c.* Alias *D. Calovius* sex hic baptismi  
significationes enumerat, ut est Baptismus Legis: Maris: Cru-  
cis: Doctrinæ: Flaminis & Fluminis. *In disp. 15. sup. August. Con-*  
*tes. Thes. 3.*

IV. Dicitur in sacris Lavacrum aquæ *Eph. 5. v. 26.* Et *Synoni-*  
regenerationis *Tit. 3. v. 5.* Circumcisio *ἀρχεγεννησις* *Col. 2. mia.*

A

v. II.



v. xi. &c. Apud Patres, variè. *Dionysius* vocat *ἁγία βαπτισμῶν*, *Γεώργιος* *ἁγία*. *Clem. Alex.* *χάρισμα*, *λαθεον*. *Athanasius* *ἁγία*. *Nazianzenus*, *βίς μετέθετον*. *Milevitanus* Nativitatis immortalitatem, *Augustinus* Januam Ecclesiæ, *Bernhardus* investituram Christianismi, *Lutherus* Puerperam regni cœlorum.

*Genus definitionis.* IV. Genus exprimitur per *Sacramentum* voce Ecclesiæ, uti in locis de Sacramentis in genere probari solet. Additur *Novi Testamenti*, nam in Veteri Testamento Baptismus, licet ibi ejusdem typi extent *Col. c. 2. v. 11. 1.*, *Pet. c. 3. v. 21.* Nondum usurpabatur.

*Efficiens.* VI. Principalis est DEUS, qui solus potest dare & confirmare gratiam divinam: Cujus mandato instructus *Joannes* baptizavit, *Job. c. 1. v. 33.* *Luc. c. 3. v. 7.* Qui & omnibus id Apostolis mandavit, *Matth. 28. v. 19.* Et cum baptizemur in remissionem peccatorum *Marc. 1. v. 4.* remittere autem peccata solius DEI sit, DEUS sanè author principalis baptismi erit.

VII. Hic quæri solet, Num *Joannis* baptismus, idem sit cum illo quod CHRISTUS instituit, nosq; hodiè usurpamus? *Concil. Trid. sess. sept. de Baptismo, Can. prim.* negat hoc eandem cum CHRISTI vim habuisse. Item *August. contra Donatistas lib. 5. c. 10.* *Smalzius contra Franz. fol. 307.* & *Osterod. Institut. c. 30.* negant Johannem ex mandato DEI baptizasse, & per consequens, idem esse cum CHRISTI baptismo. Nos cum Paulo dicimus *Eph. c. 4. v. 5.* est unum baptismus. Porro; nam idem mandatum illi datum *Job. 1. v. 33.* Idem finis *Marc. 1. v. 14.* & in utroque est aqua. Verba quoque si non eadem tamen æquipollentia. Nunquam legimus à Johanne baptizatos, necessario, rebaptizandos fuisse baptismus CHRISTI. Et notum est, quod eodem baptizaverint tempore *Job. 3. v. 22. 23.* Et tamen *Joannis* discipuli de discipulis CHRISTI nullam quærelam fecerunt. Distinguatursaltem Sacramenti substantia à circumstantiis. Essentialia ab Accidentalibus. Sed quæstio hæc curiosa magis, quam utilis. Ut ait *Calixtus in Comp. Theol.*

VIII. Instrumentalis ordinaria causa, est verbi DEI Minister *Matth. 28. v. 18.* *1. Cor. 4. v. 1.* non Mulieres, quibus in publicis ecclesiis



coetibus baptizare permittunt Pepuziani, & nunc Anabaptistæ.  
Et malè hodiè per Chirurgum Judæi circumcidi volunt.

IX. In casu autem necessitatis, Laicus baptizare potest, qui nempe institutus est in Christiana religione *Mentz. Tom. 2. Giesl. disp. 14. pag. 329. thes. 49.* loquimur autem de necessitate, non respectu DEI liberrimè agentis, sed nostri, quibus necessitas incumbit obediendi mandato DEI; Idq; idè, quia necessitas non est alligata legibus, & ira extraordinarii simile fecere *Judic. 4. 2. Reg. c. 22. v. 14. Zepora Exod. 4. v. 25.* circumcidit DEO non improbante. Si hæreticorum baptismus, in quo substantialia retinentur, admittitur, quid ni in casu necessitatis id Laicis sive mulieribus concedatur? Olim & Laicos baptizasse propter paucitatem ministrorum, testatur *Ambros. in comment. Eph. c. 4.* Spernimus itaque *Bezam* dicentem, se malè à Diabolo in ministerii Cathedra sedente baptizari, quam à privato aut fœmina Christiana.

X. Manet sic ratum baptismus à Laico; imò etiam à Perverso licet indigno conferantur. Nam in Ecclesia Israelitica, *Caiphas* & *Pharisæi* ministerium publicum obeuntes, non circumcisionem tollebant. Contra autem, cum sententia verborum institutionis corrumpitur, ut ab *Arrianis* & *Manichæis* fit, non verum baptismum esse statuimus. Quare etiam Concilium *Nicenum* de rebaptizandis *Paulinianistis* decretum fecit. Incredulitas hominum fidem DEI non facit irritam. *Roman. 3. v. 3.* Et CHRISTUS in baptizando, Judæ ministerio usus est. Baptismus talis est qualis ille in cujus potestate, non qualis ille per cujus ministerium datur, *Augustinus contra Donatistas lib. 1. c. 12.*

XI. Materia circa quam seu *objectum*, sunt homines vivi, integrè quoad partes essentielles in lucem editi, hi omnes sunt baptizandi ex mandato DEI *Matth. 28. v. 19.* Et Apostolorum praxi *Act. 2. v. 38.* Et id tantum regeneratione opus habet, quod est caro de carne, & cum DEUS omnes homines salvos fieri velit *1. Tim. 2. v. 4.* Necessè est, ut baptismo velut necessario aliquo ad salutem, omnes abluantur: hunc morem veteres in Ecclesia

Materia-  
lis.



observasse patet, ex concione Nazianzeni de sacro lavacro & Hieronimo ad Pamachium. Excluduntur ergò monstra, in quibus vera humanitas desideratur: Fœtus in utero materno hærens. Campanæ. Homines non viventes. Res à superstitiosis mulierculis infantum fasciis involuta.

XII. Homines nati vivi, sunt alii *intra* Ecclesiam, alii *extra* eandem nati. Hi si Adulti fuerint, prius de omnibus Christianæ fidei articulis doceantur, post baptizentur oportet, ad exemplum Eunuchi *Act.* 8. v. 37. & *cap.* 10. v. 48. Infantes illorum non statim quoque ad baptismum admittendi erunt, quia baptismus propriè Ecclesiæ bonum est, quod illis qui extra eam sunt, concedi haut debet, *Eph.* 2. v. 12. At alia est ratio infantum *intra* Ecclesiam, qui sc. sunt ex Christianis nati, vel in talium potestate & tutela, vel quorum alteruter parens Christianus est, nam ad hos pertinet promissio, & sic tam ad masculos quam fœminas baptismus spectat.

XIII. Sed hic nobis lirem movent *Anabaptista* & *Papanti*, infantes non baptizandos esse, statuentes, cum sine baptismo salvi fieri possint. Negant itaque & *ôla*, quod scilicet infantes baptizandi sunt, contra verba institutionis *Matth.* 28. v. 19. Ubi DEUS mandat *μὴ ἴτερον* discipulos facere, quod fit verbi prædicatione & Sacramenti administratione. Et nonne baptismus in locum circumcisionis successit? Sic ergo par parium ratio. Et æquè infantes hoc sacro lavacro indigent ac adulti, nam etiam ex carne nati sunt, & nisi quis renatus fuerit, ex aqua & Spiritu, non ingredi in regnum cœlorum potest *Job.* 3. v. 5. Imo *baptismum p̄vulorum*, quod *universa tenet Ecclesia*, nec Conciliis institutum, sed semper retentum esse, non nisi *veram Apostolicam traditionem esse*, nobiscum arguitur *Augustinus libr. 4. de bapt. contra Donatist. cap. 24.* Qui velit hic praxin primitivæ Ecclesiæ, is adeat *Mentzerum disp. cit. thes. 213.* Nam quod Apostolica Ecclesia fecit, in tam arduo negotio, quis non dicet illud ab Apostolis ita usurpatum fuisse?

XIV. *Expositivos*, quos baptizatos planè ignoramus, bapti-



baptizandos putamus, ne agitentur perpetuis dubitationum fluctibus, num sint in fœdere gratiæ nec ne, quod ipsum quoque statutum in *Conc. Carthag. c. 5. can. 3.* Non nobis adeo placet *Alexandri Tertii in decretal. Gregorii lib. 3. Tit. 42. c. 2. responsum*: de quibus dubium est an baptizati fuerint, hæc verba præmittantur. Si baptizatus es non te baptizo, sed si nondum baptizatus es, ego te baptizo.

*XV. Materia ex qua* seu liquor in baptismo adhibendus, est aqua vera elementaris fontium sive maris, idq; Johanni expresse injectum, ut aqua baptizaret, *Johann. c. 1. v. 33.* Nec alio liquore quenuquam baptizasse in Novo Testam. legitur. Nominatur aquæ lavacrum *Eph. 5. v. 26.* Quod ex typis & Aqua diluvii *Gen. 6. v. 7. 1. Pet. 3. v. 20.* etiam patet. *Augustinus tract. 80. in Joannem* scribit, detrahe verbum, & quid est aqua nisi aqua, accedat verbum ad elementum & fit Sacramentum, etiam ipsum tanquam visibile verbum. Utrum autem aqua sit calida nec ne, fluvialis vel marina, parum interest, nam qualitas aquæ nil detrahit veritati substantiæ. Nostrium saltem non erit in Sacramentis, ubi immutandi nil juris habemus, quicquam immutare: Vera itaque aqua adsit, quicquid in contrarium *Beza lib. 1. Epist. 2. ajat*: Desit aqua, ego certe quovis alio liquore non minus rite baptizarim, quam aqua.

*XVI.* Sed nemo putet, hic nudam esse aquam in baptismo, nam est lavacrum aquæ in verbo *Ephes. 5. v. 26.* Quod verbum accedens ad elementum, fit Sacramentum, & ita à communi usu segregatur ad id à DEO destinatum. Estq; aqua deificata, juxta Lutherum.

*XVII.* Cum autem in quovis vero Sacramento, materia seu res terrestres & cœlestis, visibilis & invisibilis concurrat; Nos salvo aliorum judicio, totam Sacrosanctam Trinitatem Patrem, Filium & Spiritum S esse rem illam cœlestem asserimus. Quia de uno quoque dogmate Christiano ex propria sede est judicandum. Ex verbis institutionis *Matth. 28. v. 18.* Et CHRISTI baptismo *Matth. c. 3. v. 16. Luc. 3. v. 21.* sententiam nostram desumimus. Nec ramen hac nostra asser-



tione Spiritum S. nec sanguinem CHRISTI, quem alii vo-  
lunt rem esse coelestem excludimus. Ut nec verba institutio-  
nis quod volunt alii. Et frustra contradicunt *Sociniani*, exinde,  
quia non literis proditum est, quod Apostoli baptizarint in no-  
mine Trinitatis. At à negatione expressæ scriptionis ad nega-  
tionem ipsius rei, non valet consequentia.

XVIII. Hæc res *coelestis & terrestis*, ubi legitime alias fe-  
se habent omnia, sunt connexa, ut unus sit baptismus, & illa  
*unio sacramentalis* non consistit in analogia generali Sacramenti  
quæ est in significando, ut alias volunt *Calviniani*. Nam talis  
analogia repugnat verbis CHRISTI, & ejusmodi sacramen-  
tales adumbrationes sunt propriæ V. non N. T.

Forma.

XIX. Forma baptismi vult, ut fiat aquæ administra-  
tio & plena verborum institutionis pronuntiatio. Bapti-  
smus autem legitimus est, sive aspersione sive immersione per-  
agatur, cum neutrum præcisè determinetur, & *βαπτισμῶν* u-  
trumque significet. Et etiam argumentum est, illos ter mille  
homines qui in iisdem ædibus cum Apostolis erant, ab Apostolis  
non esse immersos in aquam. mitto quod & vocetur *ἀλείψω Eph.*  
*s. v. 26.* Cum quoque nec jubeant nec vetent sacræ literæ, a-  
spersio an tribus vel an una vice fieri debeat, juxta illa habemus,  
nil baptismi integritati hic derogatur.

XX. Verba Trinitatis retineri debent ut *Matth. c. 28.* ju-  
betur. Nam si verba institutionis mutantur, cessat esse verum  
Sacramentum: quamvis in Actis dicantur Apostoli in nomi-  
ne CHRISTI baptizasse; non ibi forma, sed causa efficiens prin-  
cipalis baptismi, sive CHRISTUS ex cujus mandato baptiza-  
bant, describitur: *Nicolaus Papa*, primus baptismum in nomi-  
ne CHRISTI tantum administratum approbavit, nos non  
item.

XXI. Decenter at non necessario fit, ut in loco sacro  
semper baptizentur homines, nam in privatis ædibus *Act. 17.*  
Et Eunuchus in via *Act. 8.* baptizati. Quid ergo obtinebit *Beza*  
*resp. ad quæst. 191.* Administrationem baptismi ita loco pu-  
blico



blico alligantem, ut ne quidem per necessitatis casum alibi baptizari liceat.

*XXII. Exorcismus* ubi viget, temerè rejici nequit; Non autem dicimus infantes corporaliter à Diabolo obsessos esse, commonefacit autem homines de peccati originalis atrocitate, & miseria infantis, quomodo ex regno diaboli per gratiam DEI infantes baptizati eripiantur. Etiam sic taxantur *Calviniani*, existimantes à sanctis natos ab ipsa nativitate Sanctos esse. *vid. Chemn. part. 3. loc. com. de baptismo Memb. 4.*

*XXIII. Finis proximus* est regeneratio & renovatio *Jo. Finis. ban. 3. v. 5. ad Tit. 3. v. 5. ad Rom. 6. v. 3. Ultimus vita æterna Tit. 3. v. 5. Marc. 16. v. 16.*

*XXIV. Culpa tollitur* in Baptismo quo ad formale seu reatum seu *κατὰ κριμα*, manet autem quo ad materiale, *fomitum & κριμα* ipsum, quod Paulus regeneratus, de se fateretur *ad Rom. 7. v. 19.* Et ipsi oramus indies: Remitte nobis debita nostra. Et si tolleretur peccatum originale, tolleretur quoque fructus & effectus ejus, qui sunt concupiscentia carnis & contra Spiritum rebellio, sed quod posterius non fit, experientia evincit. Ergo nec prius. Ratio, quia sublata causa tollitur effectus, & effectus futuri necesse est, causam in futuro esse. *oganniant Pontificii quicquid velint.*

*XXV. Hemerobaptista* quotidie baptizabant. Sed ut circumcisio quondam non repetebatur, nec ergo baptismus; Imò nec mandatum tale de repetendo habemus, sicut de *sacrâ Cœnâ* dicitur: Quotiescunque feceritis. Et ut non est nisi una generatio, quâ in hunc mundum nascimur, sic quoque unum tantum lavacrum regenerationis: hoc fœdus à parte DEI est *εἰ μὲν μέλη ἔσθε.*

*XXVI. Infantes baptizati* vera & actuali fide donantur: Quamvis nos non satis intelligamus, qualis sit illa Spiritus S. actio & operatio in infantibus baptizatis, esse tamen & fieri ex verbo DEI certum est. *Bernhardus Serm. 5. in Cant. Infantes habent fidem, sed ex miraculo.* Nam hi parvuli in DEUM credunt  
*Marc.*



*Marc. 9. v. 42.* Positis etiam proprietatibus & immediato rei alicujus effectu, res ipsa ponitur. Infantibus circumcisis & baptizatis Scriptura tribuit effectus fidei *Psalm. 8. v. 3. Marc. 21, 17.* Ergo. Nil enim DEO placet quod non est ex fide *Heb. 11. v. 6.* Idem Johannis salientis in utero exemplum docet. Prave ergo *Beza, Zanchius &c.* infantes ad fidem parentum vel Ecclesie, fideles dici purant.

**XXVII.** Demum quaeritur: *An baptismus aquae sit necessarius ad salutem?* Hypothetice necessarius est in N. Testam. nam sine eo salus obtineri non potest, ex hypothesi nempe ordinis divini à nobis observandi: quotquot salvandi sumus ut participes reddamur eorum, quae ad salutem absolute sunt necessaria, qualia sunt gratia DEI, meritum CHRISTI & fides. Jurat Salvator *Johan. 3. v. 5.* Ita necessarium esse baptismum ad salutem, ut nisi quis utatur illo baptismo, non possit ingredi regnum caelorum. Et quia omnes homines nascuntur polluti peccato, & filii irae, necesse est ut DEO placentes & Filii DEI ac vitae haeredes, eos regenerari, quod fit per lavacrum hoc regenerationis *Tit. 3. v. 5.* Demum circumcisio necessaria erat ad salutem *Gen. 18, 14.* Ergo & baptismus, quae se invicem excipiunt *Coll 2, 11.* Nam quod est octavo die non circumcidi, hoc est in CHRISTO non baptizari; & quod est perire de populo suo, hoc est non intrare in regnum caelorum.


**XXVIII.** Solemus hic denique Pontificis obloqui, qui intentionem ministri, tam respectu actus in baptismi administratione, quam effectus, praeter aquam & institutionis verba de necessitate requiri ajunt. *August.* aliter sentit, dum Petri & Judae unum esse baptismum dicit *T. 7. de Unit. Eccles. c. 18.* Est enim baptismus non hominis sed CHRISTI. Neque incredulitas hominum veritatem & fidem DEI inanem reddere potest *Rom. 3, 3.* Et quae so, quam incerta fides nostra fiet! Nam nunquam baptizatus de sacerdotis intentione certus esse potest, cujus intentionem DEUS solum *αγαπο το γινωσκης* novit. Habeat itaque minister vel habituales vel actuales vel virtuales intentionem, nihil hujus novit scriptura, sed potius contrarium statuit *Philip. 1, 2,* Et stat adhuc regula: Intentionem ministri, nihil facere ad integritatem Sacramenti.

**T A N T U M,**











blico alligantem, ut nequidem per necessitatis  
ptizari liceat.

*XXII. Exorcismus* ubi viget, temere rejicitur  
autem dicimus infantes corporaliter à Diabolo  
commonescit autem homines de peccati ori-  
tate, & miseria infantis, quomodo ex regno di-  
riam DEI infantes baptizati eripiantur. Etiam  
*Calviniani*, existimantes à sanctis natos ab ipsa nati-  
esse. *vid. Chemn. part. 3. loc. com. de baptismo Memb.*

*XXIII. Finis proximus* est regeneratio &  
*han. 3. v. 5. ad Tit. 3. v. 5. ad Rom. 6. v. 3. Ultimu*  
*Tit. 3. v. 5. Marc. 16. v. 16.*

*XXIV. Culpa tollitur* in Baptismo quo a-  
reatum seu *κατέκλημα*, manet autem quo ad mate-  
riam & *καρμ* ipsum, quod Paulus regeneratus, de  
*Rom. 7. v. 19.* Et ipsi oramus indies: Remitte nos  
stra. Et si tolleretur peccatum originale, tolleretur  
causa & effectus ejus, qui sunt concupiscentia car-  
nis Spiritum rebellio, sed quod posterius non fit, expe-  
dit. Ergo nec prius. Ratio, quia sublata causa  
causa, & effectus futuri necesse est, causam in futu-  
ganniant *Pontificii* quicquid velint.

*XXV. Hemerobaptista* quotidie baptizabatur  
circumcisio quondam non repetebatur, nec ergo  
Imò nec mandatum tale de repetendo habemus, si  
*Cænà* dicitur: Quotiescunque feceritis. Et ut no-  
generatio, quâ in hunc mundum nascimur, sic quod  
tantum lavacrum regenerationis: hoc fœdus à pa-  
*αίματι μέλητων.*

*XXVI. Infantes baptizati* vera & actuali fide  
Quamvis nos non satis intelligamus, qualis sit illa  
actio & operatio in infantibus baptizatis, esse tamen  
verbo DEI certum est. *Bernhardus Serm. 5. in Cant. I*  
*ben fidem, sed ex miraculo.* Nam hi parvuli in DEU

*Finis.*